



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Illustrissimi Marchionis Scipionis Maffei Historia
Theologica Dogmatum Et Opinionum De Divina Gratia,
Libero Arbitrio Et Prædestinatione**

Maffei, Scipione

Francofurti ad Mœnum & Moguntiae, 1756

Editionis Italicæ Approbationes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95061](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95061)

EDITIONIS ITALICÆ APPROBATIONES.

OPUS inscriptum, *Istoria Teologica delle dottrine, e delle opinioni corse ne' primi cinque Secoli della Chiesa intorno alla Divina Grazia, al libero arbitrio, e alla Predestinazione*, cum attentè perlegissem, non potui, quin illud vehemènter laudarem, approbaremque. In eo Clarissimus Auctor ob alias eruditissimas lucubrations de Republica literaria optime meritis, præcipua in his rebus Christianæ religionis dogmata ex S. Scripturâ, & ex communi sensu SS. P. P. quinque priorum seculorum, collectis undique ex eorum operibus non sine immenso labore ac studio, & in prospectum positis eorundem verbis solerter, ac præclare ob oculos ponit. Hinc græcos Patres, quos non sine injuriâ Semipelagianis præluxisse intemperantiores Critici calumniabantur, pro necessitate interioris adjutorii etiam ad initium fidei fecisse, toto in hoc opere apparet. Per rûm verò Augustinum Divinæ gratiæ propugnatores acerrimam libertatem indifferentiæ etiam in statu naturæ lapsæ in omnibus suis libris contra Pelagianos, & Semipelagianos constantissimè docuisse, contra quod & antiqui olim, & recentiores hæretici insipienter obmurmurant, invictè demonstrat. Atque hic revera unicus est, ac præcipuus in libris Auctoris præclarissimi scopus, in quo quod Augustinum cum Græcis Patribus, & PP. Græcos cum Augustino in prædictis fidei dogmatibus componat; sicque constantem, & perpetuam traditionem sine ullâ interruptione, aut varietate ostendere satagat, dignissimam apud omnes Catholicos laudem meretur. Neque enim nos, aut alteri opinionum Scholasticarum addictus est; sed in iis, quæ ad Catholicæ dogmata non attinent, indifferenter se habet, & hæreticas, aut hæresi proximas & aliquo pacto damnabiles unice sententias impugnât. Omnia igitur in his libris contenta, & à me jucundè perfecta maximam utilitatem cuius generi legentium hoc tempore afferre posse judico; ita ut damnatarum thesium defensiones, quæ nunc etiam in vulgus sparguntur quisquis possit ex hoc opere cognoscere, quàm vana sint, & mendaces. Hæc omnia scilicet virum gravis in scribendo iudicii, & in difficultatibus enodandis perspicuitatis ac majestatis cultorem satis exhibent. Quare prælo dignissima censeo.

Ex Collegio S. Francisci de Paula ad Montes:

de Urbe die 23. Augusti 1739.

F. FRANCISCUS ZAVARONNI

Ord. Minim. Ex Generalis, S. Congregationis Iudicis
Consultor, & S. R. Inquisitionis Qualificator.

LISTORIA TEOLOGICA delle dottrine, e delle opinioni corse ne' primi cinque Secoli della Chiesa in proposito della Divina Grazia, del libero arbitrio, e della Predestinazione è così lontana dal racchiudere in se errore contro gl' insegnamenti della Catholica fede, che anzi quei tutti, che ne' passati Secoli in tal soggetto occorsero, ed in questi ultimi non con minore strepito e danno si videro ripullulare, vengono così fondatamente abbattuti, e quasi fino alle più profonde radici sbarbicati, che nulla pare sopra ciò più desiderevole. Scorgesi in oltre un sì ben formato Sistema delle dottrine de' SS. Padri, che di tanti che furono, e scrissero in varie occasioni, e tempi, e con formole e maniere diverse, tutti nondimeno si fanno vedere del sentimento istesso, che è quello, che sarà sempre mai perpetuo nella Chiesa Romana. La onde per essere quest' Opera di grandissimo pregio, e degna pario del suo chiarissimo Autore, ha tutto il merito, secondo che io ne posso giudicare, e ne giudico, di esser data alle stampe per pubblica utilità.

Magliano in Sabina questo di 26. Luglio 1739.

Diodato BAIARDI

dell' Ordine di S. Geronimo, Vescovo di Samaria,
Suffraganeo di Sabina.

FACULTAS

Admodum Reverendi

PATRIS PROVINCIALIS.

EGO infra scriptus Soc. Jesu ad Rhenum inferiorem Præpositus Provincialis potestate mihi à Patre nostro Ignatio VICE-COMITE Societatis nostræ Præposito Generali ad hoc factâ, facultatem ad decennium concedo Domino Francisco VARRENTRAPP Bibliopole Francofurtensi, ejusdemque hereditibus, imprimendi librum, cui titulus:

Historia Theologica dogmatum, & opinionum, quæ primis quinque Ære Christianæ sæculis viguere circa Divinam gratiam, liberum arbitrium, ac prædestinationem &c. ex Italico Illustrissimi, & Clarissimi Viri M. Scipionis MAFFÆI latine reddita à Friderico REIFFENBERGIO Societatis Jesu Presbytero eidemque jus Cæsarei privilegii usurpandi eatenus indulgeo, ut ipso invito nemo intra dictum tempus librum hunc recudere, nemo intra fines S. R. Imperii, & hereditarias S. Cæsareæ Majestatis Provincias importare, aut venum exponere audeat. In cujus rei fidem has literas manu propria subscriptas, ac officii sigillo munitas dedi Colonia anno, 1754. die primâ Martii

(L.S.)

Joannes SCHREIBER

S. J. ad Rhenum inferiorem p. t. Provincialis Mpp.